



Specimen medicum inaugurale, exhibens casum meningitidis, febrim biliosam mentitae, in Nosocomio Academicoo observatum

<https://hdl.handle.net/1874/321382>

B.

SPECIMEN MEDICUM INAUGURALE,

EXHIBENS

CASUM MENINGITIDIS,

FEBRIM BILIOSAM MENTITAE,

IN

NOSOCOMIO ACADEMICO OBSERVATUM.

210) ГЛАВА ПЯТАЯ
ДЛЯ СИЛУЕТНОГО

СИЛУЕТНОГО ДИАЛОГА

ЛЮДИ ВСЕХ НАРОДОВ

СВОИХ СИЛУЕТОВ

8

SPECIMEN MEDICUM INAUGURALE,
EXHIBENS
C A S U M M E N I N G I T I D I S ,
F E B R I M B I L I O S A M M E N T I T A E ,
IN
N O S O C O M I O A C A D E M I C O O B S E R V A T U M ,
QUOD ,
ANNUENTE SUMMO NUMINE ,
EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI
H E R M . J O H . R O Y A A R D S ,
THEOL. DOCT. ET PROF. ORDIN.
NEC NON
AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU
ET
NOBILISSIMAE FACULTATIS MEDICAE DECRETO,
P R O G R A D U D O C T O R A T U S ,
SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS ,
I N A C A D E M I A R H E N O - T R A J E C T I N A ,
RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS ,
ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT
Y S B R A N D U S K E Y Z E R ,
e pago Zevenhuyzen.

AD DIEM XVI. M. JUNII ANNI MDCCXLIX. HORA V.

Trajecti ad Rhenum,
APUD W. C. S P O O R .
MDCCXLIX.

PARENTIBUS
OPTIMIS, CARISSIMIS,
SACRUM.

10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
999
1000

PRAEFATIO.

*Si qui forte sint, qui ad hanc scriptionem legen-
dam animum applicent, sciant velim, me non in
aliorum, sed in meam praesertim utilitatem con-
scripsisse. Hac enim qualicunque dissertatione pro-
pugnata sperabam fore, ut legi Academicae satis-
facerem, atque lauream doctoralem mererer. Quid
igitur plura? Talis enim causae, toties tot verbis
jam ante me ab aliis expositae, vel paucissimis
commonuisse Lectores benevolos sufficiet.*

*Restat autem officium, quo nihil mihi jucundius,
Praeceptoribus optime de me meritis gratum animum
significandi. Ac primo quidem Vobis, Viri, Clari-
ssimi, Matheseos et Philosophiae Naturalis Pro-
fessores, gratias publice ago, quippe qui variae
disciplinae fundamenta me docuerint. In primis vero
Tibi, Cl. Mulder, ejus tam publica institutione
quam privata consuetudine uti mihi contigit. Tu
enim non solum magistrum, verum etiam jam inde
ab initio me optimis consiliis adjuvans, amicum Te*

quovis tempore mihi probasti. Licet postremis quidem annis alia me a te abstraxerint studia, Tibi velim omnino persuasum sit, me semper tuorum beneficiorum memoriam grato animo conservare.

Nec non Tibi, Cl. Suerman, Promotor aestimatissime, vobisque viri Clarissimi Schroeder van der Kolk, Loneq et Donders, qui in Facultate Medica mihi duces esse non recusastis, pro institutione, summaque humanitate ac benevolentia, quibus me prosecuti estis, gratias quam maximas ago. Vobis quid debeam, licet referre nequeam, sic tamen habetote, vos, quamvis doctiores discipulos, gratiorem tamen nullum unquam habituros.

Vos omnes, viri Clarissimi, D. O. M. diutissima servet incolumes in Academiae, Patriae atque Scientiarum salutem.

Atque utinam hic compellare liceret. Cl. A. J. G. von Baumhauer jam nunc acerbo fato nobis ereptum, cuius doctrina per breve tantum temporis spatium uti mihi licuit.

Neque Te Doct. L. C. van Goudoever silentio praeteribo, qui in arte obstetricia mihi fuisti Praceptor humanissimus, amicissimus. Vita Tibi et felix et longa sit, multisque utilis.

Vos denique, quos amicos nactus sum fidos, etiam atque etiam valetote.

HISTORIA MORBI.

Die 2 m. Octobris anni 1848 Antonius A...s, juvenis undeviginti annos natus, habitus cachectici, in Nosocomium academicum receptus, mihiique curandus est traditus.

Anamnesis. Jam ex anno invalididine se subinde laborasse aegrotus narravit. E relationibus ejus confusis incertisque hoc solum conjicere licuit, aegrotum saepius febre intermittente, die vero 26 m. Septembris praecedentis tam gravi correptum fuisse morbo, ut lecto ei perpetuo esset incumbendum; continua cum cephalalgia vexatum fuisse, calorem per totam corporis superficiem torrentem sensisse, ac saepius copiosas bilis quantitates evomuisse.

Status praesens. Aegroti, examine instituto, haec est conditio: cephalalgia vehemens occupat frontem, calor in tota corporis superficie sentitur ardens, sapor oris amarus, et sitis quidem ingens, cibi vero appetitus nullus adest; lingua, rubentibus marginibus, media sicca ac subflavo spissoque sedimento est obducta. Nausea et vomituritio non amplius existunt. Regio hypochondriaca dextra pressionis maxime est impatiens. Alvis tarda, et emissa perquam fusca est urina. Pulsus satis est plenus ac valde frequens. Respiratio crebra, ceterum vero normalis. Percussio et auscultatio nil morbos indicate.

Diagnosis. Febris biliosa cum imminentे aut jam incipiente hepatis inflammatione.

Prognosis. Haec non infasta habetur.

Curatio. Praescribitur decoctum Tamarindorum cum rad. Graminis extracto, et cucurbitae cruentae quatuor jecoris regioni applicantur. Alimentum, si quando appetitur, paulum datur lactis debutyrati.

Die 3^o m. Octobris. Noctem aegrotus satis tranquillam peregit; bilis tamen iterum paulum evomuit; de dolore in lumbis quoque queritur. Ex hypochondrio dextro dolor evanuit. Urina limpida, fuscō colore leviter tineta. Ceterum eadem est conditio. Iteratur Tamarindorum decoctum. Vespere pulsus multo est frequentior; ceterum conditio non mulata est.

Die 4^o m. Octobris. Eadem fere aegrotantis conditio.

Quum autem ex die hujus mensis secundo, hora matutina, alvum nondum exoneraverit, clysmata aegroto administratur. Querentis etiam, urinam emittere se nequiere, abdomini cataplasma applicantur. Utrumque remedium admodum fuisse efficax, vespere mihi eum visenti apparuit; alvus enim copiosa fuit deposita, urinacque emissio optime peracta. Caput aegroto non amplius dolebat.

Die 5º m. Octobris. Eadem aegroti conditio mansit. Urinae emissio normalis.

Die 6º m. Octobris; hora matutina. Pulsus frequenter circiter centum et viginti ictuum eujusvis horae minutae spatio. Dolor denuo hypochondrium dextrum occupat, iterumque urina alvusque, quo minus exacerbantur, impediuntur. Jecoris regioni hirudines sex, abdomini fomenta cum Herba Hyoscyami mixta applicantur, et clysmata administratur. Ceterum in eodem pergitur medicamento, scilicet Tamarindorum decocto.

Vespere pulsus minus est frequens; lingua humidior et quodammodo minus obsessa; alimentum (lac supra dictum) aegroto jucunde sapuerat. Urina autem non excreta est, adeo ut vel ipsa ventris integumenta minime obstent, quin vesica urinaria perquam repleta distincte manu sentiatur. Haec igitur ope catheteris evacuanda decernitur, atque ita copiosa urinae quantitas emittitur. Jam aegrotus magna sublevatione gaudet, neque ullo, pressione licet profundiore in abdomen facta, dolore afficitur.

Die 7^o m. Octobris. Pulsus iterum paulo frequenter quam vespere praecedente, lingua secca, urina denuo catheteris ope est emitenda. Aegroti mens parumper turbata est, quocirca sinapismus ad cervicem applicatur. Nulla autem alia symptomata congestionem cerebralem indicant.

Die 8^o m. Octobris, hora antemeridiana undecima et dimidia. Noctem turbulentus deliransque peregit aegrotus; interrogatus nonnunquam sane respondet, subinde tamen mens ejus est turbata. Linguam fuligo obsidet; pulsus est valde plenus, durus, et frequens; cutis calor est ardens; pupillae magnopere sunt dilatatae, neque luce afficiuntur. Venter, pressione instituta, vehementer dolet. Vesica magna urinae copia est repleta. Haec catheteris ope evacuatur sub horam pomeridianam primam. Dum vero instrumentum applicatur, subito aegroti conditio mutatur. Graviora congestionis cerebralis symptomata observantur, carotides fortiter pulsant, oculi sunt injecti, convulsione brachia contrahuntur, ac quoquo-versus moventur. Pulsus plenus est et frequentissimus, centum et quadraginta ictuum unius horae minutae spatio. Nullius rei conscientia videtur aegrotus, atque in statu soporo versatur. Continuo temporibus hirudines sex, suris sinapismi applicantur, clysmata de aceto vini administrantur, et Acidum Sulphuricum dilutum in decocto Hordii praescribitur.

Hora vespertina septima. Aegrotus in eodem versatur statu soporoso; pupillae iterum sunt contractae; os spasmo clausum; antebrachium dextrum sursum constanter inclinatum; sic quoque sinistrum, hoc tamen minus curvatum. Epithemata frigida caput tegunt; venae sectio instituitur, qua sanguinis tantum unciae tres depleri possunt; sinapismi denuo ad suras et cervicem applicantur, ac elysma rursus injicitur.

Die 9^o m. Octobris. Nulla per totum diem facta est mutatio. Cucurbitae cruentae denuo applicatae sunt nucha; eadem atque heri cura iterata est, atque urina ope catheteris excreta.

Die 10^o m. Octobris. Aegrotus jacet immotus; frons sudore obducta est profuso; oculi subinde aperiuntur; pupillae luce afficiuntur; potio Acidii Sulphurici diluti in decocto Hordei porrecta deglutitur. Brachia dependent non amplius contracta. Pulsus frequens est, parvus. Penis nonnunquam erigitur. Urina catheteris ope emissa acris est, foetidumque odorem exhalat. In sinapismis ad suras ac cervicem applicandis pergitur, et elysma de aceto vini denuo administratur. Jam vero aegroti conditio nil nisi mortem, die 11^o m. Octobris matutino tempore secutam, praedicit.

C A D A V E R I S S E C T I O

24 HORIS POST MORTEM INSTITUTA

Cadaver perquam emaciatum est; ceterum vero superficies anterior speciem omnino normalem exhibit.

Cranii cavitas. Cranii ossa sunt tenuia. Dura mater libera est atque normalem praebet adspectum; glandulae Pachioni parum evolutae. Piae matris venae, quae in sinum longitudinalem se effundunt superiorem, uti et ipse sinus, singularem sanguinis copiam continent; pia mater hic sero insolenter infiltrata videtur. Encephali in basi haec infiltratio multo major obtinet, praesertim in excavatione mediana, ubi exsudatum est gelatinosum; magis autem plasticum nervum oculo-motorium et abducentem, praesertim ad dextram complectitur partem, uti quoque utrumque nervum opticum cum chiasmate. In ponte Varolii, in medulla oblongata, atque in lobo medio et postremo exigna infiltratio existit. Ubique vero arachnoidea minus est pellucida, ejusque inter laminas aliquid seri est effusum. Cerebri substantia solida est, perquam sanguine repleta, ut rubrorum copia punctorum patet, (*forte injection pointillée*). Ventriculi laterales magnam seri, rubro leviter tincti colore, copiam continent; plexus choroidei et tela choroidea sanguine abundant. Ventriculorum lateralium parietes glabri sunt, atque a norma minime recedunt; fornicis autem pars inferior est

emollita; ventriculus tertius dilatatus prorsusque sero est repletus. Hujus in parietibus, aequa ac ventriculi quarti, tenuerunt depositum est stratum materiae albae, subtilis, granosae, scalpello facile detergenda. Cerebelli quoque substantia sanguine scatet, grisea justo ruberior.

Thoracis cavitas. Nullum inter pleuram costalem et pulmonalem adhaesionis est indicium. Extrinsecus pulmones etiam omnino sani videntur. Subtilior tamen investigatio pulmonis dextri lobum superiore hyperaemia laborare probat, ac medii lebi partem hepatisatione rubra esse correptam. Haec quidem hepatisatio alterum penetrat lobum, hujusque in parte inferiore in hepatisationem abit griseam, quae quidem ad superficiem usque porrigitur, neque tamen pleuram afficit. Pulmo sinister, inferiore, incipientem ostendente hepatisationem rubram, lobo excepto, omnino est sanus. Cordis superficies interna atque arteria aorta infiltratione valde rubent; ventriculo sinistro magnum inest coagulum polyposum ipsam aortam penetrans.

Abdominis cavitas. Intestina nihil abnormale exhibent. Vesicae urinariae tantum colli libera in superficie interna exigua quaedam cernunter sanguinis coagula parvo quasi caule excoriatae membranae mucosae cohaerentia. Abdominis organis semotis, externa musculi psoas sinistri in parte magnus tumor fluctuans se oculis offert. Incisione facta, puris albi, gelatinosi, crassi, hic illuc

easeosi copia magna effunditur. Jam manifestum fit, sursum quidem usque ad ultimam vertebram dorsalem hunc tumorem produci, deorsum vero in duas dividi excavations. Harum altera, secundum musculum psoas cum in partem anteriorem, tum interiorem directa, neque tamen hujus musculi telam apprehendens, pollicem fere infra promontorium porrigitur; altera vero, in partem tam exteriorem, quam posteriorem tendens, medium musculi iliaci interni attingit.

Columna vertebrarum. Ultimae vertebrae dorsalis, primaeque lumbaris processus spinosi retrorsum adeo eminent, ut columna hic angulum circiter centum et quadraginta quinque Graduum efficiat. Eodem loco cutis etiam parvam ostendit cicatricem. Dum arcus serra dissecantur, utriusque vertebrae, de qua modo dictum, arcus ita ad extremum emolliti reperiuntur, ut serra statim transeat. Durae matris superficies posterior, praesertim in parte thoracica, sanguine coagulato est obducta. E regione vero illarum vertebrarum, quarum supermentio est facta, periosteo vel maxime est conjuncta. Magnam, dura matre perfecta, serosi copiam liquoris inter arachnoideam haud pellucidam et piam matrem patet contineri; ipsa autem pia mater posteriore in superficie plastica infiltrata est materia, praesertim in parte thoracica, ubi stratum licet separari crassum, quod tamen, quo altius adscendit, eo magis tenue evadit. Me-

dullae spinalis substantia universe normalis est; intumescentia tantum lumbaris, quae perquam tumida videatur, perfecta etiam summopere rubet. Vertebrae duodecimae thoracicae primaeque lumbaris corpora majore ex parte carie sunt deleta. Vertebrarum etiam lumbarium trium sequentium corpora perinde sunt cariosa. Per ipsas has vertebraes e columna in abscessum, supra descriptum, stilo penetrari licet.

EPICRISIS.

§ 1.

Morbi, cuius symptomata et decursum, una cum iis quae in cadavere defuneti inventa fuerunt, hic narravimus, diagnosis, quum juvenis eodem affectus in Nosocomium reciperetur, haud difficilis esse videbatur. Ex omnibus enim, cum praegressis, tum praesentibus symptomatibus in aegroto observatis, statuere licebat, *febrim* existere *continuam*; quae, nisi haepatis morbo producata, certe necessitudine causali cum eo esset conjuncta. Quid autem? Num hepatis aderat irritatio modo, an inflammatio? Id quidem statim dijudicatu erat difficile. Inflammationem enim adesse suspicari poteramus ex dolore, quem in hypochondrio dextro aegrotus sentiebat, qui, vel leviore pressione instituta, ingravesceret. Hoc

autem unicum erat hepatitidis symptoma, atque igitur temeraria fuisse sententia, eam revera existere. Multa quidem hepatitis inflammationis citari possent exempla, ubi pars, imo tota nonnumquam defuit series symptomatum, quae veluti diagnostica signa a scriptoribus enumerantur, uti doloris propagatio in humerum dextrum, respiratio difficultis, tussis sicca, singultus, icterus, sensus quidam anxietatis ac plenitudinis, imo vel ipsa febris. At permulta etiam sunt exempla, ubi symptomatum illorum plurima adfuerant, quamvis post mortem, morbo quopiam accidente allatam, ne minimum quidem hepatitidis indicium reperiri potuerit. »Aucun point de la science, inquit Andral,¹⁾ n'est en définitive, plus incomplet que la détermination des caractères de l'inflammation du foie, et la nature du dérangement nutritif qui modifie sa texture dans ses maladies nous sera sans doute encore pour longtemps inconnue." Verum enim vero, vel si existeret inflammatio, nondum constabat, huic soli febrim, qua laborabat aegrotus, esse attribuendam. Quod qui teneant simulque reputent, hepatitidem acutam raro nostra in patria accidere, nec non anni fuisse tempus, quo febres biliosae haud insolitae sunt, facile hanc nostram approbabunt sententiam, primo instituto examine

1) Vid. M. G. Andral, *Cours de Pathologie interne*, 2 edit. 1837.
p. 236.

pronunciatam, febrim adesse biliosam, quae huic vero subasset hepatis irritationem adeo esse vehementem, ut inflamatio, nisi jam exsisteret, certe imminens dici posset. Symptomatum quippe syndrome erat ejusmodi, ut alius morbi praesentiam supponi minime liceret.

Prognosis non infausta habebatur, quia in febre biliosa, nisi gravis adsit morbi complicatio, dummodo idonea cura adhibeatur, faustum eventum sperare licet.

Quum nulla observarentur symptomata, quibus pateret, naturam bilem copiose secretam per os velle exonerare, aegroto non dabatur emeticum, sed Tamarindorum administratur decoctum, ut scilicet hepatis actionem temperaremus. Dolor autem in regione hypochondriaca dextra ad quatuor cucurbitas cruentas illi loco applicandas nos inducit. Quominus venae sectio sine urgente indicatione a nobis, modica ibi loci depletione contentis, institueretur, impedivit metus, ne hac ipsa, sanguinis dissolutioni et virium jacturae, in tali morbo tam facile producendis, faveremus. »Frequenter (sic de venae sectione loquitur cl. Gregory) anceps fit et periculosum remedium, neque ulla fere exinanitio intempestive facta, magis, aut certius, aut citius nocere solet, majoremque in adhibendo prudentiam et circumspectionem requirere." Neque Hippocrates neque ceteri antiquitatis medici celeberrimi in ejusmodi febribus venam seccare solebant. Recentiores autem auctores, qui data opera de febre bilio-

sa scripserunt, venae sectionem diserte dissuadent, nec ratione tantum aliorumque auctoritati freti, sed tristi experientia noxas a sanguinis profusione inductas edocti. Quorum magno ex numero hic imprimis cito *Tissotum*¹⁾, egregio in opusculo de *febribus biliosis* haec dicentem:

»Inter plebem novi perplures mortuos esse brevi post venae sectiones subito repetitas; quid ipse viderim narrabo; phlebotomiam quondam initio morbi acriter sollicitanti aegro ut ut renuens denegare non potui, parum educebatur sanguinis, paenituit tamen; biduo elapso me inscio hirudines haemorroidalibus vasis applicari voluit aeger, copiosa insequuta est haemorrhagia et brevi omnia exacerbata symptomata. Homines duo trigenarii, firma antea gaudentes sanitatem, ambo ob vehementiam cephalalgiae et caloris ad venae sectionem proprio marte bis alter, alter semel confugerunt. Primum sexta morbi die invisens, tanta virium jactura, tanta anxietate, calore adeo mordaci, cephalalgia tam acerba et tali mobilitate detentum inveni ut de evaquantibus vel levissimis cogitare nefas fuisset, ut ut enim morbi causam educendo debilitati saepe medeantur hic tanta erat et ex causa morbi aliena, ut metuerim ne primo evacuationum impetu, mobilitate forsitan ultra praevisionem aucta resistere ne-

1) *Tissot, Historia epidem. Bilios. Lausannens.* Lausanne 1758.
p. 138.

quiret. Mitissimis cardiacis acidis enematibus quotidiani et epispasticis paulatim redierunt vires, et tunc evacuando morbus quadantenus sanabatur; sed materia debilitatis visceribus adhaerens et hepatis obstructionem relinquens, longam coegit curationem et aëris mutationem: per plures menses omnibus functionibus impar remansit aeger, vixque post annum primas recuperaverat vires. Secundus, vir agricola mox post celebratam venae sectionem correptus est tussi, oppressione, sopore et debilitate, quae illi periculi mihi fastidii multum fecerunt, nam difficillime superata febre, medendum fuit debilitati quam et generata atonia et impetus tussis pulmonibus conciliaverant; tabemque diu metui et tabem illam pessimae speciei in qua, nulla quidem pulmonum ulceratio, sed talis laxitas ut omnes affluentes, stagnantes et mutati humores cum orthopnea sub erudi glutinosi formam ejiciuntur.”

Liceat mihi quoque verba afferre J. Huxhami et P. Walearenghi, ab eodem Tissoto¹⁾ citata: »Ubi acris et biliosa colluvies exundat, aut per vomitum aut per alvum rectissime expurganda est; nam hujus praecipua sedes est in primis viis, visceribus abdominis ac vasis meseraicis. Fateor quidem quod tota sanguinis massa hac

1) Lib. cit. pag. 137.

quoque scatet saepissime, sed ne sic quidem indicatur V. S. quae nimiam sanguinis quantitatem utique minnere potest, acrimoniam corrigere nequit. Quod cum ita sit, detrahendo cum sanguine vires, non acrimoniā, officit. — Turpissimos sane errores atque immediabiles hac in re vidi; imo et plus vice simplici perde-lui. Sanguinis missio in hisce febribus ob quam plurimas causas inconveniens omnino putatur; etenim si ut toties docuimus, febrium hujusmodi causa plerumque a bile variis modis peccante derivanda est, quidnam proderit sanguinis missio, propter quam bilis jam a sanguine separatae nihil penitus educi potest?"

Plurium, etiam peritissimorum in arte, virorum monita circa venae sectionis in febribus biliosis periculum afferre possem, F e r n e l i i scilicet, G o r t e r i nostri, B o r e l l i, J u n c k e r i, aliorum, sed allata sufficere mihi videntur. Non possum tamen, quin in memoriam revocem verba B i a n c h i¹⁾, dicentis: »hoc namque praesidii genere (venae sectione nempe) in biliarī pleuritide, ut ut acutae signa incauto colluderent, plurimos repentine prostratos et ad septimam aut nonam e vivorum numero sublatos dolenti certe experientia perspeximus."'

Topicam illam, quam fecimus, depletionem suffecisse, postridie apparuit, quum nullum omnino dolorem, in

1) T i s s o t , lib. cit. p. 135.

hypochondrio pridie dolente se sentire aegrotus testatur. Sed de dolore in lumbis querebatur. Hoc autem symptoma minoris nobis visum est momenti, cum quandoquidem non vehemens erat, tum quia nulla fere febris biliosa, imo vero nulla febris continua cujuscunque generis observatur, ubi deest ille dolor, qui medullae spinali, sanguinis magis minusve a norma recendentis stimulo irritatae, adscribendus videtur. Quod **Tissotus** etiam et **Stollius** in omnibus morborum historiis, quibus de febre biliosa agunt, referunt. Hoc ipso autem loco symptoma illud commemoro, quod post mortem aliam hujus rei explicationem invenimus, quam postea exponere mihi est propositum.

Aliter sese habebat, nobisque tunc temporis multo majoris momenti videbatur aegroti querimonia de impedita urinae emissione. Cuinam causae hoc symptoma erat attribuendum? Quantum e narratione juvenis, in Nosocomium recepti, conjicere potuimus, subinde quidem aegrotaverat, febri intermittente correptus, quae saepius rediisse videbatur; nihil tamen aderat, quod nobis suspicionem posset movere, illam urinae retentio- nem gravi adscribendam esse medullae spinalis affectio- ni idiopathicae, quae vel paralysin musculi detrusoris vesicae, vel spasmum sphincteris efficeret. Jure igitur nobis statuere videbamur, urinae excretionem impediri spasmo musculi sphincteris vesicae urinariae, quem qui-

dem spasmum ortum esse indidimus e reflexione, hepatis quippe irritatione perpetua cum medulla spinali communicata. Quae quidem sententia eo justior videbatur, quoniam irritationem istam iterum anctam esse denotabat, idem, quod praecedentibus diebus adfuerat, symptoma subjectivum, scilicet dolor hypochondrio dextro, qui denuo apparuerat. Atque suspicio quidem illa fere certitudo evasit, quum, tepidis cataplasmatibus inferiori abdominis parti applicatis, copiosa naturalisque urinae emissio sequeretur. Obserum autem erat, quare reflexionis symptomata in vesica, neque ulla in alia corporis parte comparerent. Nec minus difficile erat explicatu, quare postridie idem symptoma denuo accidens eadem, quae die praecedente adhibita fuerat, cura tolli non posset. Cuinam causae haec conditio tunc erat attribuenda? Organorum urinariorum morbum suspicari non licebat, quum ne ullum quidem signum extaret tale quid indicans. Nec spasmodus tamdiu perdurans, vel fortioribus remediiis sedantibus resistens, admitti poterat, praesertim quum catheter, qui, quandoquidem vesica urina repleta erat atque perquam dolebat, adhibebatur, satis facile intraret, quod in spasio musculi sphincteris vehementi vix expectari posset.

Aliud etiam symptoma restat ut explicetur, scilicet delirium mite. Id quidem eidem causae ac dolor in lumbis, stimulo bilis sanguine receptae tribui poterat. In quavis febre biliosa id plus minusve accidit. Auctor

Hippocraticus, qui librum scripsit de *prisca medicina*, ejus mentionem facit, dicens: »Si amarus humor aliquis, quem bilem flavam nominare solemus, effusus fuerit, quaenam anxietates, aestus, impotentiae tenent? Quinam dolores et febres? Et quinam acres et aeruginosi humores instant, quinam furores et viscerum lancingationes animique abjectio inde oriuntur?» De Gorter de humore bilioso agens »Hic in corpore, inquit, haerens producit fastidium — anxietatem — agrypniam vel soporem, aut *delirium*, *cephalalgiam*,» etc. Nuper Cannstatt¹⁾ dixit: »Eines der auffallendsten und constantesten Symptome der Cholose ist der heftige Stirnkopfschmerz, über welchen die Kranken von Anfang der Krankheit an klagen. Diess ist der leichteste Grad der cholotischen Einwirkung auf das Gehirn. Oft steigert sich aber die cholotische Gehirnreizung zu Delirien furibunder Art, die man auch Gallendelirien genannt hat, bei Kindern zu Coma und Convulsionen. Man darf nicht glauben, dass überall, wo solche Zustände, Delirien u. s. f. vorhanden sind, auch schon Stase, Entzündung der Meningen zugegen sei; das in den Capillargefässen kreisende cholotische Blut kann sie erregen, und wie durch Zauber verschwinden alle diese drohenden Zufälle auf gallige Ausleerungen durch Erbrechen und Stuhl-

1) Cannstatt, *Handb. der Med. Klinik.* Bd. II. s. 711.

gang." At quid generales afferam auctorum affirmatio-
nes? Ad Tissotum provoco, ad Stollium in-
primis, qui seriem observationum specialium nobis reli-
quit, e quibus quam facile, etiam sine graviori cerebri
affectione, ex solo sanguinis bile inquinati stimulo,
quinimmo e bile in ventriculo haerente levius graviusve
delirium oriatur, luce mediana clarius palet.

In casu nostro omnia etiam alia deerant symptomata,
quae gravioris cerebri affectionis suspicionem movere
potuissent: ut igitur, initio saltem, nihil quod anxie-
tatem nobis incuteret, delirium illud habere videretur.

Sic quidem morbi, modo graviora, modo minus pe-
riculosa praebentis symptomata, erat decursus ad diem
octavum m. Octobris, quo, hora prima pomeridiana, subito
scena mutabatur et symptomata, quam maxime pericu-
losa, prodibant, graviorem enim cerebri affectionem exsis-
tere omnia indicabant. Quaenam vero? Num inflam-
matio erat, vel inflammationis potius sequela, exsudatio
copiosa, an haemorrhagia? Si haemorrhagia esset, quo-
modo exorta, atque ubinam sanguis effusus erat? His
questionibus breviter respondebo. Species aegroti decum-
bentis talis erat, ut continuo suspicareris, apoplexia san-
guinea eum esse correptum. Verum quidem est, sequen-
tia in aegroto observata symptomata, scilicet faciem
rubram tumidam, oculos injectos, pupillas dilatatas,
carotides fortiter pulsantes, brachia convulsione contracta,

et statum soporosum, ad cerebri vel meningum inflammationem eodem jure atque ad apoplexiā referri potuisse, attamen quum omnia ista subito et inopinato apparerent, hanc potius, quam illam redolere videbantur. Cerebri enim vel meningum inflammatio ut propriis quibusdam signis se praenunciare solet, ita aliquamdiu exstiterit necesse est, antequam seri, vel plasticae materiae, tanta copia exsudata sit, ut sensus, conscientia ac motus voluntarius penitus inde opprimantur. Neutrum vero acciderat, accidisse certe videbatur. Paucis ante minutis probe sui conscius fuerat aeger, sensu motuque integris; unum vero temporis momentum sufficit ad conditionem, modo a nobis descriptam, producendam. Fuerat, fatemur enim, subinde aliquid delirii. Hoc cerebri irritationem manifesta indicabat, et ab inflammatione, ut per se patet, dependere potuisset. Attamen propter perfectas illius delirii intermissiones, atque absentiam aliorum symptomatum, quae ad encephalitidis aut meningitidis cerebralis diagnosin perducere potuissent, soli irritationi, ut supra jam annotatum est, delirium tribueramus.

Quae tandem causa novam illam conditionem morbosam produxisset, investigatu erat difficillimum. Habitum apoplecticum juvenis noster nequaquam habebat, neque externae adfuerant potentiae nocentes. Erat quidem febris, atque igitur sanguinis circulatio celerior. Haec

vero, nisi aliae causae accedant, apoplexiā non solet efficiere. An materiarum noxiarum, imprimis bilis, in sanguine effectum licebat accusare? D i d i e r, A n d r a l, R o c h e, aliqui variis docuerunt experimentis, vel minimam bilis quantitatem in sanguinem animalium introductam morbo gravi, imo vero morti provocandis sufficere. Contra in ictero quotidie videmus, bilem, sanguine receptam, eum adeo saturare, ut omnia fere corporis organa, materiasque secretas atque excretas suo tingat colore, neque tamen nulla fere alia symptomata morbosa efficere. Verum tamen dantur exceptiones. Doct. O u d e n h o f f in dissertatione sua inaugurali casum nobiscum communicavit vel maxime notandum in Nosocomio Academico anno superiore observatum, viri scilicet ictero laborantis febrili, subita moxque lethifera correpti apoplexia, quae, ut docuit cadaveris sectio, ex cerebro principiis biliosis, sanguine receptis, perfuso sine ulla alia causa originem duxerat. Id quoque nostro in casu locum habere potuisse. Quum vero hic non adisset icterus, nullum igitur indicium, sanguinem ita bile velut saturatam esse, quem admodum in casu a doct. O u d e n h o f f de scripto obtinuerat, id minus erat verisimile.

Locum, ubi causa malorum haereat, in ejusmodi cerebri oppressione conjectura adsequi interdum possumus, certo vero indicare non possumus. Sic quidem nonnulli perhibent scriptores, sanguinis eruptionem in thalamis

nervorum opticorum artuum superiorum, in corporibus striatis inferiorum paralysin efficere, in gyris cerebri lobi anterioris loquelaie impedimenta, in cerebello symptomata ex affectione partium genitalium repetunda. Veritati tamen haec omnia non plane sunt consentanea, imo vero multae dantur observationes, quibus contraria probantur. Porro licet rationalis videatur sententia, a variis cerebri partibus artuum superiorum et inferiorum motus regi, quum, alterorum actione sublata, alterorum integratio esse possit, in hac tamen scientiae conditio ne accurate definire non possumus, quaenam cerebri partes variis corporis organis movendis inserviant. An diagnosis adeo subtilis, quantopere medico scientifico exoptanda, fieri possit, dum de cerebri structura interiori ejusque agendi ratione tam parum adhuc nobis constat, dubitari utique licet. Medicinae practicae hand magnopere prodesset, quum cura eadem semper sit futura. Quamquam autem e symptomatibus certo designari nequit, cui cerebri punto exsudatum insit, majore tamen pro cerebri parte id fieri posse, variae recentiorum temporum observationes docuerunt. Nostro in casu pro certo habere licebat, exsudatum, qualeunque esset, vel sanguinem effusum ad cerebri basin ac praesertim quidem ad medullam oblongatam existere, cum propter contractos et saepius convulsos artus superiores, tum propter penis erectionem subinde redeuntem.

Hoc igitur modo, vivente aegrolo, symptomata praecipua explicare conati sumus; nunc autem videamus, quae cadaveris sectio docuerit.

§ II.

Quemadmodum ex iis, quae de cadaveris sectione, vingtiquatuor horis post mortem instituta, supra exposuimus, patet, multa invenimus, quorum aut nulla, vivente aegrolo, nobis fuerat suspicio, aut quae certe non penitus perspexeramus, scilicet cerebri meningum inflammationem gravem, peripneumoniae exitum valde proiectum in pulmone dextro, membranarum medullae spinalis inflammationem manifestam una cum carie ultimae dorsalis ac sequentium lumbalium vertebrarum, nec non abscessum magnum juxta musculum psoas sinistrum. De hoc, reliqua enim posthac dijudicabimus, primum opinionem nostram exponamus. Facile est intellectu, quanto capti simus stupore, abdominis intestinis semotis, tam horribilem adspicientes conditionem morbosam. Quomodo enim tale quid suspicari potuissemus? Nihil aliud aegrotus nobiscum communicaret, nisi se jam ex anno subinde aegrotasse, atque illarum aegrotationum ex descriptione, licet quam maxime imperfecta, concluseramus, eum febre intermittente saepè recidiva fuisse vexatum. Quod vero spinae dorsi morbus, cuius exitus post mortem deteximus, jam aliquamdiu exstitisset, priusquam

in Nosocomium aegrotus recipere tur, facile effici poterat e vertebra dorsali ultima ac lumbali prima prorsus paene deletis, indeque exorta spinae dorsi incurvatione, quum tale vitium intra novem dierum spatium evolvi certe non potuisset. Unde autem decursus ille adeo clandestinus, ut aegrotus nulla prorsus symptomata, ne minime quidem molesta, sensisse videretur. Fieri quidem potest, ut initio vertebrarum caries ita clandestino decurrat, ut vel omnia indicia, quibus morbus dignosci potuisset, (scilicet: sensibilitas aut dolor vehemens in ea spinae dorsi parte qua incepit caries, et, pro sede diversa, oppressionis sensus in pectore, sensatio ingrata in praecordiis totaque abdomen, intestinorum et visicarum urinariae functiones impeditae, debilitas, dolor aut nonnunquam spasmus membrorum musculos afficiens) aut prorsus abfuerint, aut certe fuerint futiliora, quam quae aegroti attentio nem occuparint. Hoc scilicet testantur Brodie, Abercrombie, multique alii. Imo Benjaminus Bell casum commemorat, ubi plurium vertebrarum corpora carie deleta essent, ac magnus juxta musculum psoas adasset abscessus, duas puris libras continens, facta demum autopsia detectus, quum vivus aegrotus tantum de exiguo questus esset in lumbis dolore. Si vero, uti in nostro aegro apparuit obtinuisse, jam columnae vertebralis incurvatio exstat, omnino mirandum est, quod, neque intelligimus, quare nulla extiterint symptomata

quae aegroto, priusquam febre vehementer in lectulum prosterneretur, praesentiam gravissimae hujus conditionis morbosae detexerint. Quodsi in juvene nostro nonnulla exstiterint symptomata, perquam exigua ista profecto fuerunt; ceteroquin, iteratis nostris interrogationibus de praegressa valetudine provocatus, aegrotus illa certo nobiscum communicasset.

Si dorsum exploravissemus, viperam sub rosa latentem haud dubie invenissemus. Nil tamen miri, hoc non factum esse. Aegrotus quidem, altero postquam in Nosocomium receptus erat die, de dolore in lumbis querebatur, at quis, quae so, aeger de illo non queritur febre continua correptus? Causam hujus doloris in medullae spinalis positam fuisse irritatione, nequaquam dubitavimus. Id enim per se patebat. Irritatio illa nostro in casu originem ducere videbatur e sanguine principiis biliosis inquinata. Et hac quidem explicazione contenti, utpote toti symptomatum syndromae perquam congrua, nihil erat, cur graviorem medullae spinalis affectionem superponeremus, neque igitur necessitas adesse videbatur dorsi oculis manuque explorandi, quod homines febre vehementer correptos summopere semper defatigat. Cadaveris autem sectio docuit, dolorem illum in lumbis prorsus aliam habuisse originem.

Eadem fere valent in urinæ retentionem. Ambo haec symptomata conjuncta facile nos inducere potnissent ad

opinionem, graviorem in medulla spinali adesse conditionem morbosam, at utrumque symptoma, etiam sine vitio medullae maligniore, tam facile explanari poterat, quemadmodum supra indicavimus, ut nulla nobis fuerit vitii ejusmodi suspicio. Retentio quippe urinae spastica in hominibus sensibilibus, febre continua vexatis, persaepe observatur. Quid igitur magis erat in promptu, vel si sanguinis dyscrasia affecti nullam haberemus rationem, quam ex hepatis irritatione continua irritationem deducere medullae spinalis secundariam, atque ex ea dependentem in sphincterem vesicae reflexionem? Cataplasmatum applicitorum effectus initio certe admodum faustus hanc nostram affirmabat opinionem. Spasmus ille continuus musculi sphincteris vesicae, ne narcoticis quidem in ipso loco adhibitis postea cedens, mirus quidem nobis videbatur, praesertim quum catheteri immisso non ita obstaret, quam exspectari posset; at spes semper nobis erat, fore ut causa sublata, etiam hic effectus evanesceret. Inventa tamen post mortem errorem nostrum patefecerunt. Quo facto, explanatio borum symptomatum nullis amplius premebatur difficultatibus. Initio musculi sphincteris vesicae exsistebat spasmus, nisi ipsius medullae spinalis, certe partium illam circumdantium ex idiopathia ortus. Nervi quippe, ex inferiore medullae spinalis parte originem ducentes, ac vesicae partis inferioris muscularis destinati, gravi, quae

ibi haerebat, conditione morbosa irritati fuerunt, et hac quidem irritatione factus est spasmus tonicus. Hic cataplasmatibus mox sublatus est, at processus morbosus, qui spasmum excitaverat, erat superstes, et perpetuo in pejus ruebat. Itaque ut in omni vehementiore serosarum membranarum inflammatione, ita hic quoque exsudatio seri et lymphae plasticae, secuta est. Hinc igitur medulla spinalis et nervi adeo premebantur, ut museuli, qui ramos suos a nervis istis accipiant, illi nempe, qui vesicam comprimendo urinae excernendae inserviant, a solitis praestandis functionibus cessarint, dum quoque haud dubie detrusor urinae partium intra spinam dorsi sitarum morbi effectum est expertus. Initio igitur aderat ischuria spastica, postea vero ischuria paralytica. Jam explicatu facile est, quare catheter in vesicam urinariam absque omni difficultate introduceretur. Cataplasmatibus aliisque remediis sedantibus sublatus est spasmus fibrarum muscularium vesicae claudendae inservientium; hae autem consuetum conserverunt tonum, qui quidem sufficit impediendo, quominus urina effluat, non vero talis est, quo catheteri introducendo difficultas exhibetur.

Ut vero mirati sumus gravissimam illam, quae vertebrae lumbales partesque vicinas tenebat, conditionem

morbosam, sic quoque mirus nobis fuit peripneumoniae exitus adeo proiectus, quem in cadavere invenimus. Licet enim ex habitu aegrotantis suspicari potuissemus, tubercula in superiore pulmonum parte dispersa repertum iri, fieri tamen omnino non potuisset, ut talem morbum, qualem postea inveniremus, conjectura consequeremur. Nimirum pulmonis dextri partis superioris infarctus (*engouement*), mediae haepatisatio rubra, inferioris hepatisatio grisea exsistebat. Aegroti, ubi in Nosocomium receptus est, pectus tam percussione quam auscultatione erat exploratum, nec tamen in pectoris organis quidquam inventum erat a statu normali recedens. Durante toto morbi decursu, omnia, quibus ad peripneumoniam dignoscendam opus est, symptomata, uti tussis cum sputorum sanguinolentorum expectoratione, pectoris oppressio, respirationis difficultas, certe defuerant. Nulla igitur omnino fuerat causa, cur explorationem physicam iteraremus, atque talis aegrotantis erat conditio, ut necessitas, eam remittendam arbitramur. Qua vero de causa factum sit, ut inflammatio tam gravis ne unum quidem indicium exhibuerit, quo dignosceretur, indicatu est difficillimum; saepius autem tale quid accidere, anatome pathologica multis docet exemplis, dum quoque Andral¹⁾ de peripneu-

1) Lib. cit. p. 117.

monia scribens: »Quand la pneumonie» inquit, »survient dans les fièvres graves , elle l'annonce souvent par une forte dyspnée. Quelquefois elle ne se révèle par aucun symptôme , et ce n'est qu'à l'ouverture du cadavre qu'on constate l'existence d'une phlegmasie pulmonaire.» Alibi idem auctor; »la pneumonie même intense, peut exister sans donner lieu à la dyspnée , à la toux ou aux crachats ; l'auscultation même peut , dans certains cas , ne donner aucun signe. Ces pneumonies latentes sont rarement primitives , elles compliquent souvent d'autres maladies.»

Nos quidem suspiciati eramus , haemorrhagiam intra craniī cavitatem aegroti vitam finivisse , docuit autem cadaveris sectio , non illam , sed gravem meningitidem cerebralem , piae potissimum meningis inflammationem causam illius mortis fuisse. Tunica arachnoidea ubique fere erat opaca , atque inter hanc non solum et piam meningem notabilis seri quantitas erat exsudata , sed etiam inter ipsam piam meningem et cerebri substantiam , dum eodum liquore cerebri ventriculi penitus fere erant repleti , eorumque parietes , imprimis ventriculi tertii et quarti , materia tenui , alba , granosa obsiti. Cerebri venae sanguine turgebant : congestio igitur fuerat permagna. Cur meningitidem , vivente aegroto , adesse non puta-

verimus, facile appareat. Sola symptomata ab illam referenda cephalalgia erat vehemens ac delirium. Quorum hoc postea demum accedens non erat continuum. Utrumque cum manifestis polycholiae indicis erat conjunctum; defiebant congestionis cerebralis symptomata manifesta: non mirum igitur, polycholiae potius quam meningitidi fuisse tributa, et capitis dolorem et levem illam, quae saepius intermitteret, mentis alienationem. Quando meningitis jam adeo est proiecta, ut copiosa seri exsudatio obtinuerit, quemadmodum in omnium membranarum serosarum inflammatione accidit, eadem simul adsunt, adesse certe possunt, symptomata, quae apoplexiam comitantur. Prius igitur dignosci debuisset, imprimis cephalalgia vehementer et delirio. Cum vero aegrotus in Nosocomium reciperetur, omnia febris biliosae simplicis indicia aderant, atque igitur ad eam etiam referenda esse symptomata, quae jam inde ab initio morbum aperire potuissent, jure nostro, ni fallor, censuimus. Quod si itaque quaeratur, qua re, nostro in casu durante aegroti vita, meningitis a haemorrhagia cerebri dignosci potuerit? Ne uno quidem indicio id certo fieri potuisse affirmo. Motus quidem convulsivi et contractiones artuum superiorum meningitidi multo magis propria sunt. At nonne apoplexiae eadem symptomata possunt supervenire? Cerebri haemorrhagia orta, nonne loca circumiacentia ita irritari possunt, ut artuum vel aliarum partium spasti-

cae contractiones orientur? Quod autem non semper accidat illud, loci affecti diversitati pro maxima quidem parte tribendum esse censeo.

Haec omnia mihi mecum reputanti, atque ex cada- veris sectione meningitidem compertam habenti, se offert quaestio, num morbus hicce, quum aegrotus in Nosocomium reciperetur, nondum incepit, atque an febris biliosa, licet tot symptomata adessent, quae pathognomonica in illa febre haberri solent, revera extiterit. Persuasum mihi est, cerebri meningum affectionem hoc nostro in casu quamvis non violentis iis symptomatibus, quibus soleat, indicatam, nihilominus jam inde ab initio adfuisse; nos vero dolore in regione hypochondriaca dextra praesente, bilisque vomitu, ceterisque symptomatibus in errorem inductos, febris biliosae diagnosin fecisse, ubi non aliis extaret morbus, quam post mortem repertus.

Non raro certe, imo saepissime accedit, ut meningitis cum vomitu incipiat, dum linguae conditio, quin etiam, dolor vehemens in aliquo organo ad digestionem pertinente videtur indicare, ibi praecipuam esse morbi sedem, sequens vero morbi decursus docet, e cerebro hunc originem ducere. Etiam *Andral*¹⁾ sic dixit: »Chez quelques individus l'épigastre est le siège d'une

1) Lib. cit. p. 194.

douleur assez vive et augmentée par la pression, douleur qui apparaît à une époque rapprochée du début de la maladie. Le vomissement et les nausées sont des phénomènes fréquents dans la méningite aiguë; ils apparaissent presque toujours au début de la maladie, et souvent ce sont les premiers phénomènes observés. Tantôt, après une durée de vingt-quatre heures, ils ne se reproduisent plus; tantôt ils durent plusieurs jours, et, dans quelques cas, pendant toute la durée de la maladie.— La matière du vomissement est, chez les uns, une énorme quantité de bile jaune ou verdâtre, chez les autres ce n'est que du mucus."

Gendrin morbi tradit historiam, qui initio quidem ventriculi et intestinorum inflammationis vehementis omnia praebuit symptomata, in fine vero cerebri affectionis. Hujus tantum, cadaveris sectione instituta, exitus sunt reperti; primae viae nihil fere morbosi exhibuere.

Accedit, quod medullae spinalis affectio adeo gravis exsisteret, quo dolor in hypochondrio dextro facile explicetur. Dubitari scilicet potest, an dolor hicce in hepate sedem habuerit; certo et musculis et cuti, organum illud circumtegentibus, insedisse potest. Ergo nihil restat, quod repugnaret sententiae, febrim biliosam non adfuisse. Quae quamvis ita sint, et quamvis fateamur, sine praejudicata de febris biliosac praesentia opinione, e tota symptomatum syndrome nos suspicari potuisse inflam-

mationem cerebri ejusque membranarum, non dubito tamen factam diagnosin defendere atque in obscuro tali casu, qualis noster erat, meningitidem certo dignoscere non potuisse, affirmare.

Totus morbi decursus hic fuisse mihi videtur. Jam antea in aegroto caries vertebrarum, cuius mentio in sectionis historia est facta, fortasse e spondylitide tuberculosa orta, extiterat. Hujus causa ortus est abscessus foras erumpens. Hic quidem apertus est ac sanguinosus, uti cicatrice, post mortem inventa, probatur. At vitium internum perseverabat, imo vero, licet aegroto, ut videbatur, non valde molestum, sensim est progressum, primumque affectit duram matrem, deinde ceteras membranas quibus medulla spinalis integitur. Meningum vero spinalium inflammatione existente, jam facile est intellectu, hanc etiam in cerebri meninges fuisse propagatam, qua ortus sit morbus ille, qui mortem aegrotanti attulerit. Num ipsum quoque cerebrum inflammatione affectum fuerit, affirmare, non ausim. Verisimile quidem haberi potest, partes pia meninge investitas, ubi inflamatio tanta fuerit, simili affectione laborasse; nam uti pleurae, pulmones circumdantis, inflamatio in ipsam pulmonum telam facillime transit, sic etiam in cerebro idem exspectare possumus. Indicia tamen manifesta, praeter illam injectionis speciem, quam

Franeo - Galli *injection pointillée* dicunt, non inventa sunt.
Ex forniciis partis inferioris emollitione nihil hoc respectu
concludi potest, quoniam haud dubie ortum debuit qua-
litati et quantitati seri ipso illo loco copiosissime exsudati.

T A N T U M.

THESES.

I.

Abercrombie, Kellie, Watson, aliique non recte dicunt, sanguinis quantitatem absolutam in cerebri vasis eandem semper manere.

II.

Quae, animalibus administratae, beneficij symptomata non producunt, ea neque homines venenorum instar affectura esse, concludere non possumus.

III.

Non assentior Doct. L. A. Kloppert dicenti: »Over het algemeen geloof ik, dat er door het gebruik van levertraan in scrophulose meer bedorven dan goed gemaakt wordt.”

IV.

Ubi symptomata observantur, quae nervorum actionem a norma recedere indicant, investigatio medullae spinalis nunquam negligenda est.

V.

Signum pathognomonicum ad dignoscendum carditidem non datur.

VI.

Diagnosis, inter primum morbi morbillosi stadium (ante eruptionem nempe) et inter initium febris catarrhalis, difficillima est.

VII.

Non assentior Cl. Bouillaud, dicenti: »La parole est modifiée, quand une lesion a lieu dans les lobules antérieurs du cerveau.»

VIII.

Ad delirium, in morbis biliosis adeo frequens, producendum, multum conferre videtur qualitas sanguinis mutata.

IX.

Curatio epilepsiae a Burrow commendata, quae consistit in unius vel utriusque carotidis ligatura, rejicienda est.

X.

Facimus cum Stollio, in peripneumonia detractiones sanguinis magis respirationi, quam pulsui, esse accommodandos.

XI.

Non assentior dicentibus, Typhum in regionibus, ubi febres intermittentes regnant, raro occurrere.

XII.

Minus recte Cl. Wunderlich. »Von eigentlicher Harnkrise ist in dieser Krankheit (der Typhus) absolut nichts zu bemerken.“

XIII.

Albuminuria et morbus Brightii non sunt synonyma.

XIV.

Sectio alta, uti dicitur, ad extrahendum calculum vesicalem, sine ratione a plurimis rejicitur.

XV.

Paracentesis vesicae urinariae optime fit per intestinum rectum.

XVI.

Recte Cl. Stromeyer refutat Bonnet, dicentem:
 »Die Verkrümmungen der Gelenke bei den Arthrophlogosen sind zu erklären, durch die Anfüllung des kapselbandes mit Flüssigkeit.“

XVII.

Menstruatio adesse potest durante graviditate.

XVIII.

Haemorrhagiae, in secunda periodo partus ortae, simplicissimum minimeque nocens remedium stypticum est membranarum perforatio, nisi placenta sit praevia.
